

vafi quod oportet, imponatis, coquite ipsum donec coaguletur, deinde terite donec fiat crocus coloris auri similis.

Sermo Vigessimus quintus.

MENABDUS ait: remuneret tibi DEUS pro regimine. sicut veridicis, quoniam dicta tua illuminasti. *Et ille.* A iunt ex quo eum laudas, prædictis suis, noli eo esse inferior. *Et ille:* Scio quod nihil aliud possum dicere quam quæ dixit, Iubeo tamen posteros facere corpora non corpora, hæc incorporea vero corpora. Hoc enim regimine paratur compositum, eiusque naturæ occultum extrahitur. His itaq; corporibus arg. vivum corpori iunge magnesiæ ac fæminam viro, & per hoc Ethelia nostra extrahitur occulta, per quã corpora colorantur, hoc utiq; regimen si intelligatis, corpora fiunt non corporea, & incorporea, corpora. Si diligenter res igne teratis, ac Etheliæ peragatis fiunt res mundæ non fugiētes. Et scitote, quod argentum vivum, est ignis corpora cōburens, mortificans, & confringens, uno regimine, ac quanto magis corpori miscetur & teritur, tanto magis corpus diruitur. Argentumq; vivum igneum, cum autem diligenter teritis eisq; ut oportet percipitis possidebitis Ethel naturam & colorem non fugientem, ac omni tincturæ aptitudinem patienti, ignem quem, superat, confringit ac continet. Eo quod res non colorat nisi coloretur, eoque colorato colorat. Et scitote quod corpus non potest tingere se ipsum nisi spiritus eius extrahitur in ventre eius occultus & fuerit corpus & anima absq; spiritu, quæ est spiritualis natura, ex qua colores apparuerunt, eo quod spissum terreum non tingit, verum tenuis naturæ, quod in corpore transigitur, colorat. Cum autem æris regitis corpus, & ex eo tenuissimum extrahitis, tūc vertitur in tincturam qua coloratur. Ideoque dixit sapiens. Quod æs non tingit nisi prius tingatur. Et scitote quod hoc æs quod vos iussi regere sunt ista quatuor corpora: & quod tincturæ quas vobis significavi, sunt condensum & humidum condensum autem est vapor coniunctus, humidum vero est aqua sulphuris, eo quod sulphura sulphuribus continentur, & de iure per hæc, natura naturâ gaudet & superat & continet.

Sermo Vigessimus sextus.

ZENON inquit: video vos, Turba sapientum, duo corpora coniunxisse, quod minime vos iussit magister fieri.

B 4

Respon

Argent. viv. virtus.